

C O N C I L I I   C O N S T A N T I E N S I S

anno, Veni creator spiritus, & alijs orationibus more altarum sessionum, deuote dicitum & cantatum. Presentibus ibidem reuerendissimis patribus, Branda Placentino, Guilielmo sancti Marci, Landulpho Barenzi, Amadeo Saluteari, Ludouico de Flisco, & Francisco Florentino cardinalibus, ultra alios tres cardinales pro presidibus & astantibus nominatos.

Ibidem linea 42. post ascenderunt, legere sic:

amboni sue loci, in quo publicationes, declarationes, ordinationes sue sententias more ipsius synodilegi & publicari solebant, pro hac uice ad infra scripta publicanda, legenda, responsiones dandae & ordinanda per nationes quatuor predictas deputati. Quibus dominis (ut presertim) nomine synodi ibidem existentibus, prouidi uitri magistri Henricus de Piro & Ioannes de Scribanis de Placentia, tanquam promotores, instigatores sue procuratores dictae synodi, ipso Henrico loquente, accusarunt contumaciam cuiusdam Hieronymi de Praga, alias citati & non comparantis; neque in huiusmodi causa que contra eum commissa extitit, sup sibi obnientis & materia fidei respondentis, sue in causa ulterius prout iuri fuerit procedere proceditq; uidere curantis, accusarunt. Ipsiusq; contumacem reputari petierunt, & in eius contumaciam citationem alias contra eum decretam, repetierunt; eamq; cum eius executione facta in ultiu certarum ecclesiastiarum ciuitatis Constantie, factis & in scriptis reduxerunt. Eundemq; Hieronymum de Praga ulterius citari mandare per audientiam publicam literarum contradictarum Romane curiae, per sanctam synodum instanti postulauerunt. Quam quidem citationem & ulteriore processu reuerendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis, tanquam praesidens, & toti synodus nemine discrepante, ipso Henrico de Piro promotori, instigatori, syndico & procuratori id petenti, concesserunt atque decreuerunt, & eam ad proximam sessionem fieri voluerunt. Quibus citatione & processu decretis, idem magistri Henricus de Piro & Ioannes de Scribanis nomine quo supra, exposuerunt quantis periculis presentis schisma ecclesie am dei laceravit, & fidem catholicam non in modico diminuebat. Quod cum sperabatur extinguiri, & pax dari ecclesia per uota, promissiones & iuramenta domini Ioannis papae xxiiij. in praesenti concilio Constantie factas, licet idem Ioannes papa in reprobum sensum datum, de loco concilii & praesenti ciuitate Constantie, ut dictum schisma diutius nutritum & soueret, noctis tempore habitu transformato in scandolum & uituperium totius ecclesie & fidei catholicae sue orthodoxa diminutione, fugigbat, se successiis temporibus ad diuersa loca declinando, cum hoc omnia mala que dici & excogitari possint, committendo, prout haec & alia in quadam papyri petitione schedula, quia ibi in suis tenebat manibus, plenius continerent. Quapropter ut quid deatur de remedio opportuno, idem magister Henricus sibi citationem personaliter per dictum contra dictum Ioanem papam xxiiij. eiusq; fautores, receptatores & sequaces legitimam & per simile dictum in Romana curia affigendum, per sanctam synodum in spiritu sancto congregatam decerni & concedi postulauit. Et ulterius dari & decerni eidem Ioanni papae ad comparendum & alijs comparere uolentibus, per eandem synodum & illustrissimum regem Romanorum ibidem praesentem, praelatum saluum conductum. Quos quidem saluum conductum & citationem, reuerendis partibus domini patriarcha Antiochenus pro natione Gallica, Antonius episcopus Concordie, pro natione Italica, Ioannes archiepiscopus Rigeni, pro natione Germanica, & Thomas abbas sanctae Mariæ extra muros Eboracen, pro natione Anglicana, p̄fatus, loco quo supra iudiciali concesserit & decreuerit, uidelicet ad noue dies post executionem, ipsamq; citationem fieri voluerunt in formam publici instrumenti cōf subscriptionibus quatuor notariorum quatuor nationum, & sigillis quatuor praetorum dictarum, quatuor nationum muniri & corroborari, Serenissimus uero Romanorum rex p̄fatus, dixit q̄ placet quod detur sibi saluus conductus nomine sui & ea prolatione